

PRÆCEPTIONES
RHETORICÆ
CLARA BREVIQUE RATIONE
IN GRATIAM STUDIOSÆ JUVENTUTIS
EXPOSITÆ

A P. Fr. FRANCISCO MAYOL

ORD. MINOR. OBSERV.

EJUSDEM FACULTATIS IN ACADEMIA

BALEARICA PROFESSORE.

~~~~~  
*Al. cision Andree*

SUPERIORUM PERMISSU.

PALMÆ BALEAR. IN TYPOGRAPHIA MELCHIORIS  
GUASP. ANNO M.DCCC.IX.





PRÆCEPTIONES  
RHETORICÆ

CLARA BREVIQUE RATIONE

IN GRATIAM STUDIOSÆ JUVENUTIS

EXPOSITÆ

P. FR. FRANCISCO MAYOLII

ORD. MINOR. OBSERV.

STUDII PRÆFECTUS IN ACADEMIA

ALLENBURY PROFESSOR

SUPERIORUM PERMISSU

IN ACADEMIA IN THEOLOGICA

GUAR. ANNO MDCCLXX

3  
ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO

D. D. BERNARDO NADALIO

MAJORICENSIS ECCLESIAE

ANTISTITI PRAESTANTISSIMO &c. &c.

Fr. Franciscus Mayolius S. D.

**B**Revem hanc, & apertam benè dicendî  
Rationem, qualem Quintilianus esse debere aie-  
bat, publici juris facturus; non diu mihi de-  
liberandum fuit, Praesul amplissime, quin po-  
tius nomini tuo inscriberetur. Quamvis enim  
minimè dignum ducebam tanto Viro exiguum  
adèd munus consecrare; humanitas tamen il-  
la singularis, quâ natus es, & quam de om-  
nibus benè merendo in dies augere non de-  
sinis, in spem me adduxit maximam, &, ut  
spero non inanem, fore ut non tam votum,  
quam voventis animum respiceres: nequè ve-  
ritus sum, ut potiùs offendi, quam lactari vi-  
de-



4  
derere. Non enim poteram dubitare, Te omni litterarum genere exornatum, optimis artibus patrocinio unquam defuturum, quas jamjam à pueritiâ comites, & in omni fortunæ gradu administras habuisti; ita ut etiam nunc gravissimis licet, ac plurimis muneris tui curis distentus, diis tamen aliquam temporis partem, Magnum Augustinum, & alios clarissimos Ecclesiae Antistites imitatus, tribuere non desistis. Quinimò audiui egomet, si memoriâ tenes, hujusce infelicitis aevi linguae Romanae imperitiâ Te dolentem; & certè scio in hujuscemodi studiis promovendis, quantum in Te est, diligenter insistere. Cum autem ad qualemcumque fructum, qui percipi ex hoc opusculo potest; illud etiam accedat, me scilicet esse municipem tuum, & optimas artes in eâ Academiâ profiteri, in quâ Philosophos summâ cum laude & industriâ publicè Tu quondam interpretatus fuisses; & nunc in eâdem Cancellarii munere aequissimo jure fungerè, hunc exiguum sanè laborem Te benignè suscipere, tuoque patrocinio tueri non dubitavi. Quod si hoc meae erga te observantiae argumentum, eâ, quâ praestas incredibili benignitate exceperis, novos stimulos ad Deum O. M. pro tuâ incolumitate precandum tuasque virtutes celebrandas excitabis.

5  
R H E T O R I C Æ

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE NATURA, MATERIA, OFFICIO, ET FINÈ

R H E T O R I C Æ.



R H E T O R I C A est: *Ars bene dicendi*; hoc est ornatè, copiosè, & adcommodatè loquendi. Ejus materia est res quaecumque, de quâ disceptari possit. Hæc autem materia *Quæstio* adpellatur, estque duplex, *infinita* una, *definita* & alia. *Infinita*, quæ apud Græcos dicitur *thesis*, & à Latinis *propositum*, seu *quæstio universalis*, est illa, quæ generaliter inquit absque circumstantiâ loci, temporis, personæ &c. ut sit nè Philosophia addiscenda? *Definita*, quæ græcè *hypóthesis*, latinè *causa* sive *quæstio particularis* nominatur, est illa, quæ universalem quæstionem restringit ad aliquas circumstantias, ut sit nè addiscenda Aristotelis Philosophia.

De-



Definitæ quæstionis tria sunt genera; *Demonstrativum* nempe, *Deliberativum* & *Judiciale*. Demonstrativum est illud; in quo aliquis laudatur, aut vituperatur. Deliberativum, in quo aliquid suadetur, aut dissuadetur. Judiciale, in quo aliquis accusatur, aut defenditur. In primo proponet Orator rei honestatem, aut turpitudinem; in secundo commodum, vel incommodum; in tertio verò, æquitatem. Hujus Artis officium, est adpositè dicere ad persuadendum. Finis autem, est re ipsâ persuadere dictione: ad hoc necesse est ut doceat, moveat, atque delectet.

## CAPUT II.

## DE DIVISIONE RHETORICÆ.

Rhetoricæ partes quinque vulgò numerantur: *Inventio*, *Dispositio*, *Eloquentio*, *Memoria*, & *Pronuntiatio*. Inventio est excogitatio rerum verarum aut verisimilium, quæ causam seu quæstionem probabilem reddant. Dispositio est rerum inventarum in ordinem distributio. Eloquentio est rerum inventarum ac dispositarum, flore verborum, ac lumine sententiarum exornatio. Memoria est firma orationis perceptio. Pronuntiatio est vocis, ac corporis orationi respondens moderatio. Hæc autem omnia Oratori adjumento fient, si præter  
na-

naturam et ingenium, optimorum Auctorum imitatio accedat, et assidua legendi, variandi, commentandi, scribendi, atque dicendi exercitatio; secundum illud Horatii (Epist. ad Pisones) *Nocturnâ versate manu, versate diurnâ*.

## LIBER I.

## DE INVENTIONE.

## CAPUT I.

## DE LOCIS INTRINSECIS.

**A**RGUMENTA invenire, quibus adpositè persuadere possit, prima debet esse Oratoris cura. Est autem argumentum: *Probabile inventum ad faciendam fidem*. Argumentorum duo sunt genera, alia *intrinseca* seu *insita*, quòd petantur ab ipsâ re, de quâ agitur; et alia extra ipsam rem, et ideo *extrinseca* seu *remota* adpellantur. Loci, ex quibus argumenta intrinseca eruuntur, sexdecim ab Aristotele adsignantur, nempe Definitio, Enumeratio partium, Notatio, Conjugata, Genus, Forma, Similitudo, Dissimilitudo, Contraria, Repugnantia, Adjuncta, Antecedentia, Consequentia, Causæ, Effecta, et Comparatio. Extrinseca sunt Leges, Fama, Tabulæ, Jus-



Jurjurandum, Tormenta, Testes. De primis  
præsenti fiet sermo.

DEFINITIO est: *Oratio explicans naturam reatilis.*  
Vel ex Tullio: *Brevis et circumscripta rei expli-*  
catio. Sed cum dicitur *brevis*, de Definitione  
gicâ est intelligendum; Orator enim liberius  
ornatius rem definit. Fit autem Definitio, accipitudo,  
quod illi rei quæ definitur, sit commune; idque  
vocatur *genus*. Deinde sumendum aliquid, quod sit  
eidem particulare ac proprium, idque *differentia*  
nuncupatur. Sic Rhetorica dicitur *Ars benè dicendi*.  
Ars genus est, quia hoc est commune cum Grammaticâ,  
Dialecticâ, Poësi &c. *Benè dicere* vero, est illius  
differentia, quia hoc proprium habet, ac suum.

Multiplex est autem apud Oratores definiendi  
genus, nam sæpè usurpant rei descriptionem  
Definitionis vice. 1. Per *partium enumerationem*.  
2. Per *causas*, quando exprimitur rei natura per  
eas res, à quibus habet unde sit, et talis sit. 3.  
Per *effecta*, et hic definiendi modus est apud  
Oratores frequentissimus, quia notiora solent esse  
effecta, quam causæ. 4. Per *negationem et affirm-*  
*mationem*; ita nimirum ut Orator quidem di-  
cat, quid res ipsa non sit, deinde quid sit ipsa,  
adjectâ interdum per negationem Ironiâ. 5. Per  
*translationem verbi*, per *similitudinem*, et *com-*  
*parationem*. A Definitione sic argumentum effor-

ma-

inabis: Ars benè dicendi est utilis: sed Rhetorica  
est Ars benè dicendi; ergo Rhetorica est

ENUMERATIO PARTIUM est: *Distributio toti-*  
lous *in suas partes*; v. c. Virtus est amplectenda  
prudentia, justitia, temperantia, for-  
ceteræque virtutes sunt amplectendæ.  
Hinc colliges, affirmatis omnibus partibus, affir-  
mari etiam totum: et negatis omnibus partibus,  
negari etiam totum. Locus iste per Repetitionem,  
Interrogationem, et Subjectionem vulgò trac-  
tatur; estque omnium locorum ad persuaden-  
dum aptissimus.

NOTATIO NOMINIS seu etymologia est, quæ ver-  
borum originem et significationem inquit, sic  
Consul dicitur à consulendo, Senatus à senibus  
&c. A Notatione Neronem non fuisse Imperato-  
rem hoc modo conficies: Ille non fuit Imperator,  
qui sibi non imperavit: sed Nero sibi non impe-  
ravit: ergo Imperator non fuit.

CONJUGATA sunt ea, quæ ab uno eodemque no-  
mine seu vocabulo derivantur; ut ab istâ vo-  
ce imperium derivantur impero, Imperator. Ju-  
dicem humanum esse oportere, sic à Conjugatis  
argues: homo debet esse humanus: sed Judex  
est homo: ergo Judex debet esse humanus. Sed  
hujus utriusque loci, utpote levioris ad persua-  
dendum ponderis, rarus apud Oratores est usus.

GE-



GENUS est illud, quod est commune multis. (*pro Cluent.*) Ut mare, quod suâ naturâ tranquillum sit, ventorum vi agitur et perniciem ponitur discriminem; apud Oratores autem utitur; sic et Populus Rom. suâ sponte plautrumque ita promiscuè confunditur, ut quidquid, hominum seditiosorum vocibus, ac violenter habet multa infra se sive specie, sive solo numero, dissimilissimis tempestatibus concitatur. ro diversa, genus adpelletur. A Genere sic argumentum eruitur: virtus est amanda; sed prudentia est virtus; ergo prudentia est amanda. Hoc argumenti genus frequentius in Exordiis adhibetur; hic enim Orator generatim quâdam præparationem, Antithesim, et Hypotyposim. mittere solet, quæ thesis rationem obtineant. CONTRARIA sunt ea, quæ in eodem subjecto non possunt; vel si fuerint, pugnant inter contrariorum quatuor sunt genera: Adversa, quæ sub genere sive sub universali continentur, Privantia, et Contradientia. *Adversa* Ab specie sic argumentum construes: Laudant ea, quæ inter se maximè distant, & ab eodem est pietas: sed pietas est virtus; igitur laudant subjecto se expellunt; ut sapientia, et stultitia: v. da est virtus. Odiosa est intemperantia: ergo temperantia expetenda. Variabitur hic locus si verba verberanda in aliquâ re convenientia: ita Consul, et gubernator navis sunt duo, quæ in gubernando ratione conveniunt; ut enim hic navim, ille rem publicam regit. Cave tamen ne Similitudinem cum Comparatione confundas; Similitudo enim circa rerum *qualitatem*, Comparatio vero circa quantitatem versatur: dum enim comparamus aut plus, aut minus, aut par inesse alicui dicimus. Facile à similitudine argumentum evinces, si quidpiam rei explicandæ simile adsumas: e. c.

(Cic.

Ut mare, quod suâ naturâ tranquillum sit, ventorum vi agitur et perniciem ponitur discriminem; sic et Populus Rom. suâ sponte plautrumque ita promiscuè confunditur, ut quidquid, hominum seditiosorum vocibus, ac violenter habet multa infra se sive specie, sive solo numero, dissimilissimis tempestatibus concitatur. ro diversa, genus adpelletur. A Genere sic argumentum eruitur: virtus est amanda; sed prudentia est virtus; ergo prudentia est amanda. Hoc argumenti genus frequentius in Exordiis adhibetur; hic enim Orator generatim quâdam præparationem, Antithesim, et Hypotyposim. mittere solet, quæ thesis rationem obtineant. CONTRARIA sunt ea, quæ in eodem subjecto non possunt; vel si fuerint, pugnant inter contrariorum quatuor sunt genera: Adversa, quæ sub genere sive sub universali continentur, Privantia, et Contradientia. *Adversa* Ab specie sic argumentum construes: Laudant ea, quæ inter se maximè distant, & ab eodem est pietas: sed pietas est virtus; igitur laudant subjecto se expellunt; ut sapientia, et stultitia: v. da est virtus. Odiosa est intemperantia: ergo temperantia expetenda. Variabitur hic locus si verba verberanda in aliquâ re convenientia: ita Consul, et gubernator navis sunt duo, quæ in gubernando ratione conveniunt; ut enim hic navim, ille rem publicam regit. Cave tamen ne Similitudinem cum Comparatione confundas; Similitudo enim circa rerum *qualitatem*, Comparatio vero circa quantitatem versatur: dum enim comparamus aut plus, aut minus, aut par inesse alicui dicimus. Facile à similitudine argumentum evinces, si quidpiam rei explicandæ simile adsumas: e. c. *Privantia* sunt habitus et ejus privatio; ut mors



mors et vita, visus et cæcitas. Probabitur hoc modo: vita est misera: ergo mors optabilis. *Contradicentia* sunt ea, quorum alterum alterum affirmat idem de eodem. Sic reciteres; Sapiens est; ne igitur insipientem? Omnia contrariorum genera per Antytheton exornabis.

**REPUGNANTIA** sunt, quæ nec certâ legeque numero inter se dissident, quâ ratio Contrariis, et Dissimilibus discernuntur. Apugnantis argumentum erues, si duo contradicentia secundum varios effectus, causas adjuncta sumpseris, ut: Si me amas, cur meberibus excipis? Cur criminaris? Cur cononeras? Cur ut inimicum aversaris?

**ADJUNCTA** sunt ea, quæ cum re de quâ tur, non necessariò quidem, sed probabiliter harent: ad septem genera vulgò revocantur hoc versiculo comprehensa:

*Quis, Quid, Ubi, Quibus auxiliis, Quomodo, Quando.*

*Quis* personam significat, in quâ animi actiones, amorem, iram, artes &c. spectantur; sicut et bona corporis, vitia, et virtutes. *Quid* rem de quâ agitur indicat. *Ubi* differentias complectitur: si sacer, si publicus &c. *Quibus auxiliis*, hoc est quibus instrumentis ac potestatis, an baculo, an sica, an gladio? vel quâ

stris, seu adjutoribus. *Cur* causam significat maximè efficientem et finalem; ut quo condita, quâ spe &c. *Quomodo* totius rei gestæ varios modos complectitur. *Quando* tempus significat, quo aliquid sit actum; an nocte? an plenilunio? an æstate &c. Præter hæc *Adjuncta* continentia, sunt etiam *Adjuncta antecedentia* ut præcautiones, consilia, consuetudo, minæ &c. et *consequentia* ut pallor, rubor, incessus titubans, mori gladius &c.

**CAUSA** est id unde aliquid est; et quadruplex numeratur: Efficiens scilicet, Materialis, Formalis, & Finalis.

*Efficiens* est illa, à quâ res fit: ut Artifex temperat. *Materialis* est id, ex quo aliquid fit: sic causa materialis arboris est lignum. *Formalis* est, per quam res in suâ naturâ ita constituitur, ut per se à ceteris distinguatur: ut anima in homine calor in igne &c. *Finalis* est ea, propter quam quid fit; ita beata vita est causa finalis hominis. Causis argumenta deduces; si iis negatis, negentur effectus, & si causa necessaria affirmatur, affirmentur effectus.

**EFFECTA** sunt ea, quæ oriuntur ex causis, sicque sunt effecta, quot causæ; imò quia notiora sunt effecta quam causæ, effectorum ideo multo frequentior apud Oratores est usus. Ab effectis citatur argumentum, si ex affirmatione effecti cau-

cau-





causa affirmetur: v. gr. Fumus est: igitur cepisse, quam dedisse constat: ergo est ad res-  
est, aut fuit: & è contrario. utionem cogendus.

COMPARATIO est duarum vel plurium re JUSJURANDUM est assertio alicujus rei religioso  
inter se collatio. Triplex est comparationis ge- tu facta; ex quo ita argues: Hic juratam fidem  
*A majori ad minus*, ut Martyres subeunt pro Qterposuit nullam in se culpam habere: igitur  
to mortis acerbitatem: ergo exsilii molestias faullam culpam contraxit.  
us devorabunt. *A minori ad majus*: ut Mi TORMENTA vel quæstiones sunt cruciatus, qui-  
hujus felicitas magni ab omnibus æstimatur: us á reo veritas extorquetur; ex illis hoc modo  
pluris ab omnibus æstimari debet æterna. *Appliges*. Ab hoc homine in quæstionem vocato  
*ad par*: ut Beati vitæ innocentia, & virion potuit quidquam extorqueri: ergo causæ in-  
exercitatione ad gloriam pervenerunt: igitur & cius credendus est.

TESTES sunt, qui rem testimonio confirmant:  
c. Adest vir summâ religione & auctoritate L.  
Lucullus, qui non opinari, sed scire; non audi-  
isse, sed vidisse, dicit: ergo Archias est adscrip-  
tus Heracliensium Civitati.

## CAPUT II.

### DE LOCIS EXTRINCESIS.

**L**EGES seu præjudicia, sunt sententiæ de *testimoniū* complectitur; atque illud in testimoni-  
senti, vel simili causa jam pronunciata am divinum partitur, & humanum. Ad testimo-  
sic argues: Fures ab incorruptis judicibus judicium divinum, apud Ethnicos, referuntur oracu-  
semper damnati sunt: ergo & hi fures sunt da, auguria, Sacerdotum responsa, divinationes  
nandi. &c. Apud nos autem sunt Sacra Scripturæ, Con-

FAMA seu rumor, est sermo vulgatus, multa, Ecclesiæ decreta &c. Testimonium huma-  
dinis consensu confirmatus: v. gr. Hunc reum, vel est Sacrum ut SS. Patrum, Theologo-  
immunem esse á culpâ omnibus innotescit: tum &c. vel prophanum ut Philosophorum, Poë-  
immunis debet esse á poenâ. tarum, Oratorum, vel alterius cujusquam, cujus

TABULÆ sunt testimonia ad rei fidem scri- testimonium tantam fidem obtinebit, quantam  
prolata: e. c. Ex publicis tabulis reum hunc testis ipse suâ naturâ, moribusque merebitur.

CA-



DE HIS, QUÆ CIRCA GENUS DEMONSTRATIVUM  
invenienda sunt.

**P**Ræter ea, quæ superioribus è fontibus argu-  
menta ad omnia dicendi genera hauriri pos-  
sunt; veteres, ut discentium laborem minuerent,  
seorsum etiam præcepta tradiderunt.

GENUS DEMONSTRATIVUM amplum est, sane  
quæ varium; plura enim sunt, quæ pro laudan-  
dis hominibus Oratori deserviunt, sed præcipue  
bona animi, ut:

*Ars, pudor, ingenium, virtutis quæque facultas.*

*Integra vita, modi quidquid & hujus erit.*

Bona corporis:

*Forma, valetudo, vis, pes celer, osque suavis.*

*Sic pulchrum, virtus, corpus habere solet.*

Bona fortunæ:

*Patria, gens, patres, & opes, & copia rerum.*

*Copia servorum, munus, amicus, honor.*

Ita autem personarum laudes disponi debent,  
ut primò quæ vitam antecesserunt v. gr. Natio  
Patria &c. dicantur. Deinde quæ vitam ipsam co-  
mitantur; ut in pueritiâ bona indoles, ingenium  
educatio: in adolescentiâ probi mores, integritas  
vitæ: in juventute & virili ætate amor virtutum  
institutum vitæ, res in eo præclare gestæ, fortu-  
næ, dignitates, honores: in senectute prudentia,

con-

consilium, rerum publicarum gubernatio: postea  
quæ vitam subsequuntur, ut honor funebris, pu-  
blicus luctus, mausolæa &c.

Factum commendabitur ab utili, difficili, ho-  
nesto, glorioso. Dilatabitur autem ab adjunctis:  
si quis, quid primus fecit; si solus, vel cum pau-  
cis; si sæpè; si ex hoc facto summa laus in aucto-  
rem, in Rempublicam, in amicos redundavit &c.  
Urbes laudantur præcipue à fundatore, origine,  
& antiquitate, à situ loci, coeli temperie, ampli-  
tudine, adificiorum elegantia, religione, præcla-  
ris civibus &c. In reliquis autem rebus laudandis,  
quid utile, quid jucundum ac decorum sit exco-  
gitabis. Vituperatio iisdem capitibus, inversâ ta-  
men ratione ac laudatio disponetur.

#### CAPUT IV.

##### DE GENERE DELIBERATIVO.

**D**ELIBERATIVUM GENUS in suasionem,  
aut dissuasionem versari jam supradictum  
est: sed quum nihil sit quod magis moveat  
quam honestas, utilitas, jucunditas, atque neces-  
sitas; hæc præcipue proponet Orator, sed non  
tam verborum copiâ, quam rationum sententia-  
rumque gravitate. Exemplorum vis est etiam ad  
suadendum maxima, aut recentium, quo notiora

B

sunt



sunt, aut veterum, quo plus auctoritatis habent. Dissuadere volens, rem periculosam esse, turpem incommodam, atque injucundam ostendet.

*Sequebatur ut ea, quæ Judiciali generi propria sunt, exponerentur; sed quia judiciorum magna ratio, ut ea præcepta sint parum necessaria efficit; et præsertim cum tum ex dictis tum ex infra dicendis faciliè cognosci possint sequitur ut de secundâ Rhetoricæ parte dicamus.*

## LIBER II.

### DE DISPOSITIONE.

**Q**UÆ invenerit Orator rectè disponere, non est non parvi momenti; non enim multum juvat prægrandis exercitus, non multum robur ac fortitudo, si ordo desit ac dispositio. Ubi igitur dicenda excogitaveris, cui orationis parti, et quo ordine adtribuenda sint, animadvertere debes. Orationem autem in quatuor partes distribues; in Exordium nempe, Narrationem, Confirmationem, et Epilogum. Quarum duæ Narratio, et Confirmatio ad docendum valent; et ad impellendos animos duæ, Exordium et Epilogus, de quibus singillatim.

CAP.

### CAPUT I.

#### DE EXORDIO.

**E**XORDIUM est: Pars orationis auditorum animos idoneè comparans ad reliquam dictionem. Duo sunt Exordii genera legitimum unum, alterum ex abrupto. Legitimum est illud, quo auditorum animi artis ope præparantur ad audiendum. Tribus potissimum modis præparatur auditoris animus, illum scilicet benevolum, attentum, et docilem reddendo. *Benevolum* reddet, si ejus, sive ipsius majorum virtutes ac merita commendet Orator; vel si suum in eundem obsequium, amorem, bonique communis curam testetur.

*Attentum* faciet, si de magnis rebus, juctis, novis atque utilibus se esse dicturum promittat. *Docilem* habebit, si breviter, apertè ac distinctè quâ de re dicturus sit, exponat. Fontes, ex quibus Exordia eruntur, præter omnia loca intrinseca, sunt etiam consuetudo aliqua, sententia gravis, historia, tabulæ &c; sed ita ut omnium aptissimum sit Exordium, quod ex ipsis causæ visceribus desumitur.

Exordium ex abrupto, est repentinus in causam ingressus sine animorum præparatione. Hoc utetur Orator, quum causa vehementiores affectus exegerit, ut prægrandis lætitiæ, doloris &c; ideòque



ideoque fiet per validiores figuras ut Apostrophæ, Exclamatio, Licentia, Deprecatio &c. Sive autem Exordium sit legitimum, sive ex abrupto; cavendum est ne sit longum, quod quidem animos non conciliat, sed avertit; ne translatum, quod aliter quam res postulat auditorem afficiat; ut si doctum habere nitatur, quem attentum requirebat et contra.

Hinc colliges Exordium esse debere: 1. *Adornatum*, hoc est elaboratum. 2. *Acutum* sive ingenio politum. 3. *Instructum*, conspicuis scilicet verborum et sententiarum figuris, tropisque ornatum. 4. Tandem ut sit causæ proprium.

Ad Exordium pertinet etiam Propositio, in qua quid, et quo ordine sit dicturus breviter explicabit Orator. Sic Cic. pro Milone: *Quid igitur aliud in iudicium venit, nisi uter utri insidias fecerit?* Et causæ partitio, ut Cic. pro lege Manili: *Primum mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo esse dicendum.* Sed caveat Orator ne nimia promittat; laudabilius est enim à modicis initiis orationem assurgere, quam coepris ingentibus deficere.

## CAPUT II.

### DE NARRATIONE.

**N**ARRATIO est: *Rerum expositio, & quædam quasi sedes ac fundamentum constitution-*

### DE DISPOSITIONE.

*tuendæ fidei.* Quatuor in eâ virtutes inesse debent brevitas nempe, perspicuitas, probabilitas, & suavitas. *Brevis* erit Narratio, si non longius petatur, & si in minutioribus non immoretur. *Perspicua*, si verbis usitatis, si ordine temporum servato, & non interrupto res exponatur. *Probabilis*, si, ut mos, opinio & natura postulat, dicatur. *Suavis* tandem fiet Narratio stili elegantia, troporum figurarumque varietate, descriptionibus, exclamationibus &c; si magna potissimum, si nova & inexpectata dicantur.

NARRATIO alia est continua, ut cum nullâ vel argumentorum, vel figurarum interjectione, rem ita gesta est exponimus (1). Alia intercissa, in qua singulæ ipsius partes, suâ statim adjunctâ probatione, vel exornatione abrumpuntur. Hæc generis demonstrativi est maximè propria; in illo enim confirmatio penè nihil aliud est, quam Narratio quadam per amplificationes intercissa, & idoneis figuris exornata (2).

## CAPUT III.

### DE CONFIRMATIONE.

**C**ONFIRMATIO est: *Pars orationis quâ firmanatur propria, consulantur adversa. Tota spes vincendi, & persuadendi ratio, in hac*

(1) *Vid. Orat. pro Ligar. & pro leg. Manil.*

(2) *Vid. Philipp. secund.*



parte posita est. Nam cum argumenta exposuerimus nostra, contrariaque dissolverimus; absolute erit à nobis Orationis muneri satisfactum. Ubi autem argumenta ad quamlibet causam constabunt in promptu habeas; omnia loca orationis pervestigabis; & ex quibus probationes ad rem præsentem accommodatas eruere possis (non semper enim, ut ex omnibus, necesse est) animadverte.

Hoc ut Tironibus fiat planius, sit hæc sententia rationibus confirmanda: *Nihil est in vita à virtute amabilius*; ita prædicta loca percurrere licebit; Quia virtus est propensio voluntatis ad agendum convenienter rectæ rationi (à Definitione), Quia reddit hominem prudentem, justum, fortem & temperatum (à partium Enumeratione). Quia virtus vires tribuit, non quidem corporis, sed animi (à Notatione nominis). Quia qui virtute pollet, hic vir merito vocabitur (à Conjugatis). Quia continet in se omne bonum (à Genere). Quia qui virtutem colit, erit profectò modestus (Ab Specie). Quia sicut ad cursum natus est equus, & ad arandum bos; ita ad virtutem excolendam natus est homo (à Similitudine). Quia sicut virtute destitutus similis est pecoribus; ita qui virtute nos Deo similes reddit (à Dissimilitudine). Quia virtus vitia radicitus eruit (à Contrariis). Quia qui virtuti deservit; otio, cupiditati, libidini obnoxius

us esse non potest (à Repugnantibus). Naturæ, divini auxilii præsidia ad virtutem capessendam (ab Antecedentibus). Quia est honestatis, & probitatis individua comes (ab Adjunctis). Quia virtutibus ornatus omnium amorem, laudem, & admirationem sibi conciliat (à Consequentibus). Quia est fons & origo omnium bonorum (à Causis). Quia pietas, commiseratio, religionis cultus, vitiorum extinctio ab ipsâ derivantur (ab Effectibus). Quia omne aurum et lapides pretiosi cum comparati arena sunt exigua (à Comparatione). Quia Sacrorum Librorum, & SS. Patrum testimonio maximè commendatur (à Testibus). Quia hæc non siccè, & Philosophorum more; imò copiosè & graviter tractanda sunt. Prædicta argumenta solent argumentationibus comparari; differunt enim argumentum & argumentatio, ut pars & totum; nam argumentum est ratio, quâ probamus rem propositam; argumentatio verò, est argumenti explicatio; hoc est argumentum seu ratio cum suâ conclusione. Argumentationes præcipuæ quatuor numerantur: Syllogismus, Enthymema, Inductio, & Exemplum. Syllogismus seu Ratiocinatio est Argumentatio, quæ ex duabus propositionibus artificiosè dispositis, tertiam colligit. Tribus itaque partibus consistit: Propositione, Assumptione, & Conclusionem; sive Majori, Minori, & Consequenti. At quo-



quoniam Oratores Majori, & Minori probatione superaddere solent; hinc fit ut Syllogismus oratorius quinque partibus constet: v. gr. Omne verum est fugiendum, *Propositio*; quia turpe periculosum est, *Propositionis probatio*; sed periclitia vitium est, *Assumptio*; quia rationi atque utilitati adversatur, *Assumptionis probatio*; ergo vitia fugienda est, *Conclusio*.

Syllogismus quinquepartitus efficere volentiarum causam reddendo, vel aliquâ similitudine prius dialectico more ita efformabis: sententiae, exemplo, aut partium enumeratione illustratam in Syllogismum convertere volueris, ergo. Sit propositum idem exemplum: *Illud est tibi Conclusio*; erues deinde ad eam firmandam aliquod argumentum seu probationem ex locis *adferre beatitudinem*. Causae redditio: *Nullo oratoriis, & erit Syllogismi Assumptio*, sive *Ma est enim gens, neque fuit unquam adeo effera aut non*; propositionem postea universalem exquire *barbara, quae beatam esse non concupiscat*. Sola quae Assumptionem comprehendat; & Majorem *Dei amicitia potest nobis veram adferre beatitudinem* sive Propositionem habebis. Quod ut facilius viam. Causae redditio: *Nam quis mentis est compos, deatur, sit hæc proposita sententia in Syllogismo Divino Numine inimico, posse verè beatum esse* mium dialecticum vertenda: *Dei amicitia totæ arbitretur; cum unus Deus veram beatitudinem viribus est expetenda*: hæc erit Conclusio. *Petere tribuere possit, nunquam finem habituram? Non* tur argumentum à causis: *Quia ea sola potest nobis veram adferre beatitudinem*: hæc erit Assumptio; observatur, imò sic invertitur aliquando, ut à Sumatur denique propositio universalis, quae hanc Conclusionem ad Assumptionem, et Propositionem comprehendat, nempe: *Illud est totis viribus expetendum, quod unum potest nobis veram adferre beatitudinem*: & hæc erit Syllogismi Propositio. Oritur ergo hic Syllogismus philosophico more:

Illud

*Illud est totis viribus expetendum, quod unum potest nobis veram adferre beatitudinem; Sola Dei amicitia potest nobis veram adferre beatitudinem;*

*Igitur Dei amicitia totis viribus est expetenda.*

Hunc porrò Syllogismum dialecticum in orationem vertes; si Propositioni, & Assumptioni probationes subicias, quod facillè habebis, vel

ut Syllogismum proferri nemo animadvertat.

Enthi.



*Enthimema* est imperfectus Syllogismus, petendum adprobandum, quod adprobandum enim Syllogismo Propositio, vel Assumptio dandabile: ergo quod est bonum, est laudabile. matur, fiet Enthimema, ut: Improbi suis cup Epicheréma est Enthymema contractum, cupidatibus famulantur; ergo sunt servi.

*Inductio* est, quæ ex plurium singularium enumeratione, aliquid propter similitudinem concludit, ut: Neque Ahala Servilius, neque Pandus. Nasica, neque Opimius, neque C. Marius nefarii sunt habiti, quod hominem occiderint; ergo quamvis Milo Clodium necaverit, potest non nefarius haberi.

*Exemplum*, seu inductio imperfecta, est quæ ex dicto vel facto alterius aliquid concludit, ut: gr. Horatius non fuit condemnatus quod sororem necaverit: ergo nec Milo condemnandus quod hominem occiderit.

Præter supradictas argumentationum species sunt et aliæ, quarum aliquando apud Oratorem, sæpè sæpius in Judiciali adhibetur. *Amplificatio* est vehemens quædam argumentatio ad est usus: Dilemma scilicet, Sorites, et Epicheréma.

*Dilemma*, est argumentatio constans duabus propositionibus oppositis, quæ nihil medium patentes aperire debet Orator, omnes verborum tiuntur, adeo ut alteram concedi necesse sit, delicias aspergere, omnium sententiarum lumisic Cic. Philipp. 5. Legatos decernitis? Si utra inducere, et auditorum animis omnia afferre deprecantur, contemnet; si ut imperetis, incitamenta. Ad hæc, quæ de Amplificatione non audiet.

*Sorites* est argumentatio, quæ ex multis propositionibus gradatim congestis, aliquid infert eosdem prius in se impressos sentiat et inustos: v. c. Quod est bonum est expetendum, quod si ad tristitiam impellat, tristitiâ subcumbat: si

expe-

ad

## CAPUT IV.

## DE EPILOGO.

**EPILOGUS** sive Peroratio, idem est ac: *Orationis exitus*. Enumeratione et Amplificatione perficitur. *Enumeratio* est brevis præcipationum rerum in oratione dispersarum collectio.

Hæc rarò in Exornativo, aliquando in Deliberativo, sæpè sæpius in Judiciali adhibetur. *Amplificatio* est vehemens quædam argumentatio ad

est usus: Dilemma scilicet, Sorites, et Epicheréma.

*Dilemma*, est argumentatio constans duabus propositionibus oppositis, quæ nihil medium patentes aperire debet Orator, omnes verborum tiuntur, adeo ut alteram concedi necesse sit, delicias aspergere, omnium sententiarum lumisic Cic. Philipp. 5. Legatos decernitis? Si utra inducere, et auditorum animis omnia afferre deprecantur, contemnet; si ut imperetis, incitamenta. Ad hæc, quæ de Amplificatione non audiet.

*Sorites* est argumentatio, quæ ex multis propositionibus gradatim congestis, aliquid infert eosdem prius in se impressos sentiat et inustos: v. c. Quod est bonum est expetendum, quod si ad tristitiam impellat, tristitiâ subcumbat: si

expe-

ad



ad iram, irâ inflammetur; si ad metum, n. deinde collidat &c. *Vid. Cic. in orat. pro Ane, pro Rabbirio, & aliis.*

## LIBER III.

### DE ELOQUUTIONE.

**E**LOQUUTIO Rhetoricæ pars utilissimæ venustissima, et Oratoris maximè propria est ornata et elegans dicendi ratio, quâ Oratoris mentem aperit, atque animi sensa perspicuè vividè in audientium animos transfundit. At Eloquutioni ut sit Oratoris propria, multa ine debent: Latinitas nempe, quæ orationi puritat consiliet, Ornatus ut admirationi sit, Concinnitas, quæ eam in justas periodos, ac decoram veluti mensuram compingat, et Congruentia nec decore aberret. *Latine* et purè dicemus, si verba ex optimis probatisque Auctoribus, ut Tullius, Casare, Nepotè desumpta adhibeantur: Atque Sordida, prisca, nova, antiquata, poëtica, dum Turpia, rara nimis, vel peregrina cave. *Ornata* erit Oratio, si prudens troporum figurarumque usus accedat. *Concinna*, si in justam mensuram et periodum dimetiatur. *Congruentia* tandem, si stilus dicendique character observetur.

Nunc igitur de Tropis et Figuris, deinde Periodo, postea de Stilo dicemus.

### CAPUT I.

#### TROPIS DICTIONIS, SEU QUI IN UNO VERBO POSITI SUNT.

**T**ropus latinè Inversio, est: *Verbi à propria significatione ad aliam cum virtute ac dignitate translatio.* Troporum species in uno verbo posita septem vulgò recensentur: Metaphora, Synecdoche, Metonymia, Catachresis, Antonomasia, Onomatopoeja, Metalepsis. **METAPHORA** est Translatio verbi à propria significatione ad aliam cum aliquâ similitudine; hoc quadrifariam: quum animata pro animata, quum inanima pro inanimis, quum inanimata pro animatis, et quum animata pro inanimis ponuntur; ut leo pro viro forti, auri fames pro cupiditate, flumen eloquentiæ pro viro eloquenti, coeli oculus pro sole. Cavendum tamen nè frequentior, nè sit dissimilis, nec humilis, nec poëtica, nec à longè petita.

**SYNECDOCHE** tropus est, in quo totum pro partibus, vel pars pro toto sumitur, aut ex antecedentibus consequentia intelliguntur. Totum pro partibus, ut: *Fontemque, laremque ferebant*; hoc est aquam



aquam è fonte, et carbones ex lari decerpi aliquod æquivalens, aut etiam significantius Pars pro toto, sic *puppis* pro *navi* usurpomen nomini substituit; sic dicitur *Asiæ domi-Consequentia* ex antecedentibus, ut: *Jam hoc* pro Alexandro; Eversor Cartaginis, pro *Scidomum ab agricolis reducuntur*; pro *nox est* tione; Orator pro Cicerone &c. At si nomen

METONYMIA tropus est, qui causam per eusum exprimas, jam non erit Antonomasia, sed ra, vel effecta per causam, vel id quod epitheton.

net pro eo quod continetur, vel rem è se declarat. Causa pro effectu, ut *frigus* pro hoc est pigrum afficiens. Effectus pro causa *scelus deprehensum*, pro scelesto invento. Causa pro eo quod continetur, ut *Civitas* pro vibus, *Celum* pro coelestibus. Signum pro re natâ, ut *arma* pro bello, *toga* pro pace.

CATACHRESIS latinè *Abusio nominis* tropus est, qui rebus nomen non habentibus, proxime continuata Metaphora: sic Horat. Lib. 1. Ode simile adcommodat; sic pictura hominis, hoc 2. O *Navis*, referent in mare te novi dicitur; et Virgil *Æneid.* 2. *Equum diviniæ ladiis arte ædificant.*

METALEPSIS sive *Transumptio* tropus est, ex alio, in aliud viam præstat; sic Virg. 1. *Ubi navis* sumitur pro Republicâ, *fluctus* pro aliquot mea regna videns mirabor aristas; quælo civili, *portus* pro pace, *remigium* pro mi- idem est, ac post aliquot annos; ex aristas editibus.

spicas, ex spicis segetes, ex segetibus æstates, PERIPHRAISIS seu *Circumloquutio*, fit cum pluribus verbis dicitur, quod paucioribus exprimi

ONOMATOPEJA latinè *fictio vocis*; ut inquit, ut plenior et significantior sit oratio: sic tus, vagitus, sibilus &c. sic Ennius: *At tuba* Ovid. Lib. 1. *Tristium: Elegia* 1. *Jamque quiescebant voces hominumque canumq;*

*ribili sonitu tarantara dixit.* *Lunaque nocturnos alta regebat equos.*

ANTONOMASIA sive *Pronominatio* tropus est, qui

## CAPUT II.

DE TROPIS ORATIONIS, SEU PLURIBUS  
IN VERBIS CONSTITUTIS.

**A**LLEGORIA sive *Inversio*, fit cum aliud verbis, aliud sensu ostenditur; et idem est

*Fluctus. O quid agis! Fortiter occupa*  
*Portum, nonne vides, ut*  
*Nudum remigio latus?*

Ubi *navis* sumitur pro Republicâ, *fluctus* pro quælo civili, *portus* pro pace, *remigium* pro mi-

*Jamque quiescebant voces hominumque canumq;*  
*Lunaque nocturnos alta regebat equos.*

HYPER-



HYPERBOLE tropus est, qui rem auget super veritatem, ut: *Tot mala sum passus, quæ ætere sidera lucent.* Vel infra veritatem minus sic Virg. de macilento pecore loquens, ait *Erga 3. Vix ossibus hærent.*

IRONIA sive *Illusio*, sensum indicat contra eum iis verbis, ex quibus conflatur, ut si quis ceret: *O pium et gratum animum!* de eo, hominem in se beneficium trucidasset. Sic in Clodium: *Integritas tua te purgavit, crede.* Fit autem Ironia non solum verbis, etiam pronuntiatione ac gestu.

### CAPUT III.

#### DE FIGURIS.

**F**igura græcè Schema, est: *Conformatio quædam sermonis remota à communi, et præ se offerente dicendi ratione*; et duplex est, alia verborum, sententiarum altera. Figura verborum est: *Ornatus quidam in verbis ipsis positus, non in ordine, iteratione, et aliis id genus.* Figura sententiarum, est: *Orationis ornatus, non in verbis, sed in sententiis, collocatam habens suam dignitatem.*

ARTI

### ARTICULUS I.

#### DE FIGURIS VERBORUM; QUÆ FIUNT PER REPETITIONEM:

ANAPHORA sive *Repetitio*, fit cum ab unâ eademque voce oratio sæpius inchoatur, ut: *Nihil agis, nihil moliris, nihil cogitas, quod ego non videam.*

EPISTROPHE sive *Conversio*, est iteratio ejusdem verbi in fine orationis, ut: *Pænos Populus Rom. vicit, victoria vicit, armis vicit, liberalitate vicit.*

SIMPLEXIS sive *Complexio*, est Figura Repetitione simul, et Conversione constans; ita ut ab unâ voce inchoetur oratio, et aliâ sæpius finiatur; sic Cic. pro lege agrar. *Quis legem tulit? Rullus. Quis Tribus sortitus est? Rullus. Quis decem viros creavit? Rullus.*

POLYPTOTON sive *Transductio*, fit cum eadem dictio cum aliquâ immutatione casûs, numeri, generis, modi vel temporis repetitur: sic Ovid. Fast. 2. *Et digitos digitis, et frontem fronte premebat.*

ANADIPLOSIS seu *Conduplicatio*, est ejusdem verbi geminatio, ut: *Hic tamen vivit, vivit et in senatum venit.* Fit etiam aliquando paucis interiectis;

C



